



F· H E C T O R I S P I N T I  
L V S I T A N I H I E R O N Y M I A N I  
I N S A C R A T H E O L O G I A D O C -  
T O R I S , S A N C T A E S C R I P T V R A E I N C O -  
N I M B R I C E N S I A C A D E M I A P R O F E S S O R I S ,  
I N D I V I N U M V A T E M D A N I E L E M  
C O M M E N T A R I I .



*Omnia iudicio & correctioni sanctae Romanae & uniuersalis Ecclesiae  
subiecta sunt.*



C O N I M B R I C A E .

Ex Officina Antonij à Mariz, Archipographi &  
Bibliopoli Vniuersitatis.

Anno 1579.

Cum licentia supremi & generalis sanctae Inquisitionis: & Ordinarij.

¶ Cum Priuilegio Regis.

*Ded Sabatia d Macow de Souza*



# Preuilegio.



V el Rey faço saber, aos que este aluara virém, que ey por bem & mepraz, que frey Hector Pinto doctor em sânta theologia, & lente da sagrada escriptura na Vniuersidade de Coimbra possa mandar imprimir o liuro que fez, que se intitula Cômentarios sobre os prophetas Daniel, & Nahû, & sobre as Lamentações de Ieremias: & que Imprimidor, ou liureiro algum, né outra pessoa de qualquer qualidade que seja, possa imprimir nem véder em todos meus Reynos & senhorios, né mandar imprimir né trazer de fora delles o dito liuro portépo de dez annos, saluo aquelles liureyros & pessoas que pera isso sua licença tiueré. E qualquer Imprimidor, liureyro ou pessoa, que durádo o dito tépo imprimir ou véder o dito liuro nos ditos meus Reynos & senhorios, ou de fora delles trouxer sem licéça do dito frey Hector Pinto, perdera pera elle todos os volumes que assi imprimir, véder, ou de fora trouxer: & alé disso encorrera em pena de cincoenta cruzados, a metade pera minha camara, & a outra ameata pera quē o acusar. E mando a todas minhas justiças, officiaes & pessoas a que o conhecimento disto pertécer, que lhe cùpram & guardé, & fação inteiramente cóprir & guardar este aluara, como se nelle conté, o qual ey por bem que valha como se fosse carta feita em meu nome por miasassinada passada pela châcellaria, posto que por ella não seja passado, sem embargo das ordenações, que o cótrairo despoé. E o dito liuro foi taxado na mesa do despacho dos meus desembargadores do Paço, que se podesse véder em papel a oyto célos rês: E este se treladara no principio do dito liuro, pera se saber como assi o ouue por bem. Manoel Godinho de Castelbranco o fez em Lisboa, a oito de Agosto, de 1579.

Rey.

Dominio Tello.

## ¶ Approbatio doctoris fratris Antonij de S. Dominico in academia Conimbricensi sacrae theologiae primarij professoris.

**O**mmentarios in Danielê & Nahum, & in threnos Ieremiæ quos nuper edidit insignis Doctor frater Hector Pint<sup>o</sup>, in inclita Conimbricensi Vniuersitate scripturæ sacræ public<sup>o</sup> elucidator, mādāte Serenissimo Rege nostro, dū supremi fidei censoris fungeretur officio, quāta potui cura & animaduersione perlegi. in quibus non solū nihil reperi, quod pias aures offendere possit, sed opus iudico esse eximiū & multiplici eruditio refert, nec minus refert parentē, quam illi quos dudū in alios prophetas cōscriptis. Quare non est cur nō eadem animorum letitia ab omnibus excipiatur: non minores largitus diuitias. ¶ Frater Antonij de S. Dñico.

¶ Licentia sanctæ Inquisitionis.

**V**ista a enforação podese imprimir, & torne o proprio com hū dos impressos a esta mesa: E este despacho se imprimira no principio do liuro cō a dita enforação. Em Lisboa a os doze dias de Julho: Manoel Antunes Secretario do conselho general do sancto officio da Inquisiçam o fez, de 1577. Annos.

Lião Anriquez.

## ¶ Licentia Ordinarij.

**D**o facultatem vthi Commentarij fratris Hectoris Pinti, in sacra theologia doctoris imprimancar.

Doctor Antonius Vaz. Ordinarius.

**E**go Frater Ioannes Penamacorensis præses generalis ordinis diui Hieronymi in regno Portugaliæ do fratri Hectori Pinto Lusitano, in sacra theologia doctori, monacho ordinis nostri copiam & facultatem mandandi typis Cômentarios, quos composuit in prophetas Danielen, & Nahum, & Lamentationes Ieremiæ, eo quod finz doctissimi & admirabili eruditio plenissimi. Datum in monasterio Bethlehemitico.

Frater Ioannes Penamacorensis.

# ILLVSTRISSIMO VIRO AC Domino Georgio Syluio, eruditionis ornamētis

excuto, omni nobilitate & virtute longè præstantissimo, Frater Hector  
Pintus Doctor Theologus salutem, & æternam felicitatem.



IROS EXCELLENTI INGENIO præditos dicere solitos legim⁹ nobilissimè vir, nunquā se minus otiosos esse, quām cūm otiosi, nec minus solos, quām cūm soli esēt. Duæ res quæ desidia & inertia solent animos inficere, illos ad præclarafacta, & ad statuenda posteris illustria monimenta excitabant, otium, & solitudo. Quicquid poterat habere tēporis, relictis omnibus & publicis & priuatis actionibus, in studio veritatis inquirendæ consumebant. Sed inter oēs illi eminēt, qui virtutū

præsidio muniti in diuinarū literarum studium incubuerūt, quō possēt excelsa Dei mysteria sole ipso splēdīdiora mentis oculis intueri. Est enim sciētia sacrae scripturæ cœlestis illa Philosophia, qua animi recreātur, & ad æternitatē aluntur. Hæc est virtutū indagatrix, expultrixq; vitiorū, quæ medetur animis, inanes solicitudines detrahit, impijs cupiditatibus liberat, vitæ trāquillitatem largitur. Quare vitæ cursus bene, & ex præceptis eius colectus, est vniuersit̄ mundi prosperitati antēponēdus. Id animo perspiciens diuinus ac regius vates eum beatū ait, qui in lege dñi meditatūt. Psal. 1. dicatq; nocte. Nam vt idē alio loco testatur: Lex dñi est immaculata cōuertens animas: testimoniu dñi fidele, sapientiā præstas paruulis. Ea est enim diuinæ legis præstantia, vt animos à praua consuetudine ad honestā viuendi rationē conuertat: & errantibus ac vagis hominibus viā ostendat ad gloriā immortalē cōsequendā. Hac ratione quondā ductus et si videbā ingenij mei tarditatem, decreui tñ omnem meam curā & operam in diuinas literas cōferre: & sperabā, non esse intermittendā studiorū meorū continuationē & perpetuitatē. Sed spem hanc mearū cogitationū varijs casus effellerūt. Nam qui locus quietis & securitatis plenissimus fore videbatur, in eo per multæ curæ & molestiæ extiterūt, quæ me ab instituto meo retardarunt. Sed diuina ope effectū est, vt me ad pristina ac dulcia studia referrē. Illis dedit⁹ explanauit Danielē diuinū vatem, qui multis in locis prædixit fore, vt filius Dei ex cœli fastigio descendēs humanā assumeret naturā, essetq; verus Deus, & verus homo: sed Deus absconditus propter assūptam humanitatē. Id intuēs Esaias mētis oculis diuino lumine illustratis, has ad illum voces emisit: Verē tu es Deus absconditus. Et alibi de illo loquēs: Vocabitur, inquit, nomen eius: admirabilis, cōfiliarius, Deus, fortis: ubi pro admirabili est in Hebræo נָבָל, quod nomen utrūque significat & absconditū, & admirable. Quā ob causam grates authores aiunt, posse etiā verti locū illū: Vocabitur no-

men

men eius, absconditus. etc. Ac Habacuc significas nomine fortitudinis diuinitatē: Ibi, *Habac. 3.*  
inquit, abscondita est fortitudo eius. Et David in psal. 9. inscriptione: Pro occultis filij. *Psal. 9.*  
Hoc est, pro filio Dei abscondito. Id voluit diuus Paulus in epistola priore ad *Corinthios* *1. Cor. 2.*  
significare, cum dixit: Loquimur Dei sapientia in mysterio, quae abscondita est.  
Hæc Dei sapientia abscondita in mysterio est Dei filius, Christus Iesus, verus Deus,  
absconditus in humanitate. De illo idem apostolus interpretatus est verba illa: Ignorato Deo, quae inuenit Athenis in ara quadam, ut proditū est memoriæ à diuo Luca in *Act. 17.*  
Actis apostolorū. Deus ille est dulcissimus Iesus, de quo ait pater cœlestis apud diuū  
Ioannē in Apoc. Vinceti dabo manā absconditū. Eam ob causam ipse Christus dñus *Apoc. 2.*  
apud Matthæū cum thesauro abscondito se cōparauit, cum dixit: Simile est regnū *Matt. 13.*  
cœlorum thesauro abscondito. Vbi iuxta diui Hieronymi sententiā per regnū cœlo- *Hieron.*  
rum Christus absconditus in carne significatur. Hoc eius mysteriū, illiusq; tēpus &  
hebdomadas prædixit Daniel: sed verbis excelsis & difficilibus: ad quorū intelligē-  
tiā magna cura opus est. At iuxta Solonis apophthegma à Platone in *Cratylo*, & in *Solon.*  
*Plato.* lib. 4. de republica usurpatū λυσιολά' τα' καλα': Hoc est, difficilia quæ pulchra. Multa  
tū aperte dicit aduersus hæreticos, & Iudeos à fide alienatos: quæ illi nolunt intelligere: nam simul atq; editi in lucem & suscepisti sunt, ita varijs imbuūtur erroribus &  
corruptelis, ut opinionū peruersitatē & impia flagitia penè cum lacte nutricis suxisse  
videantur. Horū perfidiam in his Cōmentarijs perspicuè redarguo, & cōuinco. Cū  
autē quærerem, cui eos dedicarē, tu statim vnu occurristi vir clarissimè, qui veram  
sapientiā, eximiāq; virtutē cum generis nobilitate cōiungis. Qui eleemosynis, be-  
nignitate, magnificētia, & ceterarū virtutū ornamenti cōsecutus es, tametsi ad  
id haudquaquam respexeris, summā nominis celebritatē & amplitudinē. Qui ad se-  
des æternas mentiū beatarum, ad illam cœlestē gloriā aspiras, vbi beati admirabilib;  
gaudijs affecti, bonorū omniū copia cumulantur, & Deo tuo sempiterno fruuntur.  
Quare tibi debetur hæc scripta mea: præsertim cum ea ediderim in hoc tuo insig-  
ni ordinis nostri monasterio diui Marci, à maioribus tuis illustrissimis cōstructo, &  
possessionibus victigalibusq; amplificato: vbi sunt corrū sepulchra & elogia. In eo  
apparet passim nobilissima & antiquissima Syluorum insignia & stemmata, qui  
ab antiquo Syluio rege Latij inuictissimo, principio nobilitatis tuae originem du-  
cunt. Fateor verum decus consistere in recte factis: nam ut diuus ait Hieronymus, *Hieron.*  
nobilitas hominis apud Deum est clarum esse virtutibus: quemadmodū enim sol *Si similitu-*  
*do.* erigit vapores terrestres, eosque extollit ad cœlū: sic eximia vita integritas homi-  
nes humili atq; obscuro loco natos effert in sublimē, euocans è tenebris in lucē i-  
nobilē familiam. At generis nobilitas magnum secum affert splendorem: & non  
parum conducit ad animos ad res clarissimas & pulcherrimas excitandos. Et quo-  
niam illa quanto est illustrior & præstantior, tanto est humanior & benignior, spero  
fore, ut hoc nostrum exiguum mutus, quod in tuo  
nomine appareret, hilari animo suscipias.

Vale.

¶ PROE-

## PROOE M I V M

### ad Lectorem.



Similitu  
do.

Theod.

Athana  
g.

Vm ordinis nostri muneribus in quibus ego meas curas & cogitationes figebam atque locabam, essem aliquando liberatus, retuli me candide Lector ad diuinæ philosophiae studium, quod retentum animo, aliquantulum remissum, interuallo quodā interimissum reuocavi. Accūm Esiam & Ezechielem explanauissem, dedi operā, ut Commentarios in Danielē literis mandarem, & in lucem proferrem, tibiq; eius vitam & propositū, meumq; in eo explanando institutum aperire. Diuinus hic va-  
tes Daniel fuit ex tribu Iuda, nobilissima familia natus, spiri-  
tu vaticinationis, & nominis amplitudine illustris, omnibusq; sapientiae & virtutū orna-  
mentis excultus. Fuit in eunte etate à Iudea Babylonem abductus, ubi obses, vocatus nomi-  
nemutato Baltassar epulas delicatas & exquisitas sibi oblatas respuit: abstinentiam coluit, et  
legem Dei sui mirabiliter seruauit. Non in rebus humanis spem posuit rerum suarum, sed  
dedit operam, ut vera virtus ipsum traheret ad amplissimum decus, ne animum in quo est  
verae nobilitatis sedes, aliquibus flagitijs deformaret. Eas opes quæsuie, quas nec casus posset  
eripere, nec inuidia labefactare, nec vetustas vlla consumere: eas autem contempse, quæ so-  
lent esse quietis expultrices, quæ nec certæ sunt, nec perennes, nec in rebus expetendis habende:  
ad quas plerique mortales aviditate inflammati rapiuntur. At et si eas fugiebat, illæ tamen  
instar vmbrae eum fugientem sequerentur. Fuisse enim ad excelsos dignitatū gradus euectus,  
& à regibus Babyloniorum & Persarum diuinarum affluentia, & eximijs honoribus affe-  
ctus, illustribusq; laudibus celebratus. Dedit ei Deus sapientiam, ut intelligeret somnia, &  
futura mentis oculis diuino lumine illustratis inspiceret. Vaticinatus est de euersione Baby-  
lonis, de reditu Hebræorum ex Babylonica seruitute, de quatuor imperijs, Babylonico, Persi-  
co, Græco, Romano: & de bellis exitiosis inter Assyrios & AEgyptios. Sed pricipiuū eius  
institutum est prædicere redemptionis humanae mysteria per Christum Deum nostrū. Va-  
ticinatur de aduentu eius in mundum, de eius sacerdotio & regno sempiterno, & morte acer-  
biissima: de veteris legis abrogatione, & euangelio per universas terrarum oras longè latèq;  
propagando: de Iudeorum obstinatione & perfidia, de Antichristo, de mortuorum reditu ad  
vitam, & de ultimo atque supremo iudicio. Et quia in Hebræorum codicibus non reperi-  
tur hymnus trium puerorum, nec historia Susannæ, nec Belis & draconis, existimarunt nō  
nulli, non esse hec tria inter sacras & canonicas scripturas numeranda. At longè opinione  
falluntur. Theodotio enim hac tria transtulit ex Hebreo aut Chaldeo, ut credibile est,  
quemadmodum alia. Et quāvis in libris Hebraicis qui modò extant, hac tria non inue-  
niantur, satis tamen est inueniri Græcè in translatione Theodotionis, & Latinè in nostra  
vulgata editione, illisq; semper usam esse ecclesiam catholicam, suisseq; perpetuò à patri-  
bus recepta, & à viris illiciis comprobata, & lucis illustrata, qui fidei, ceterarumq; virtu-  
tum præstantia nomen suum immortaliter commendarunt, & fontes utriusque philosophie  
aperuerant. Diuus Athanasius in Synopsi docet omnia hec tria ab ipso Daniele scripta  
esse,

## PROOEMIUM AD LECTOREM.

esse, et) inter canonicas scripturas recepta. Origenes tractatione. 31. in Matthaeum testatur esse haec in ecclesia à principio summum veneratione retenta. In eadem sententia est diuus Hieronymus in quadam aduersus Rufinum apologia. Diuus Augustinus historiam Susanna exponit tractatione. 36. in euangelium Ioannis: et) sermone. 242. tonii decimi. Diuus Ioannes Chrysostomus duabus homiliis trium puerorum hymnum mirabiliter explanat. Diuus Ignatius martyr qui fuit tempore apostolorum, in epistola ad Magnesianos, et) diuus Cyrilus Alexandrinus laudant et) tacentur historiam Susanna: et) Rufinus Aquileiensis libro secundo in Stridonensem, ait hymnum trium puerorum ab exordio nascentis ecclesiae semper fuisse in conuentibus fidelium decantatum. Eum approbat et) recipit quartum concilium Toletanum, quem ait à tota catholica ecclesia celebrari. Et modo sanctū conciliū Tridentinū Danielē integrū cum omnibus suis partibus, ut in ecclesia catholica legi solet, et) in veteri vulgata Latina editione habetur, pro sacro et) canonico suscepit, et) approbavit. Aduersus hunc Danielis librum scripsit impius Porphyrius: sed eius calumnijs Apollinaris, Eusebius Cæsariensis, et) Methodius gra- uiter et) sapienter responderunt. Itaque diuinus noster vates Daniel, quæ eum Spiritus Sanctus docuit, perpetuis monumentis consignauit. Ac qui in maxima celebritate, in oculis omnium quondam vixerat, fuit bis opera sceleratorum quibus omnia redundabant, in foueam leonum crudeliter coniectus. Sed tam admirabili religione, et) eximia sanctitate cursum vita conficiebat, ut crudeles ille bestie eum tangere non auderent: sed illis liberatus in columnis evasit. Volens Deus tres sum nos viros in exemplum proponere, quorum vita quasi lumen quoddam splendidissimum eluxisset, apud Ezechielē cap. 14. Eze. 14 Danielē nominauit, et) Noe, et) Iob. Et Christus Deus noster eiusdem Danielis ut- ticationem de abominatione desolationis in Euangelio citauit. Aspicis huius diuini Va- tis præstantiam diuinissimis testimonijs, clarissimisq; monumentis testatam. Quare nemis debet velle eius dignitatem labefactare, quin potius veritati obedire. Quemadmodum enim necesse est lancem in libra pondere imposito deprimi: sic animum perspicue atque præponderanti cedere veritati. Excessit è vita Daniel in Babylonica regione, ubi honorifice sepultus est, cuius diu extitit monumentum omnibus notissimum. Omnia hec sunt de prompta ex eiusdem libro, et) ex Epiphanio in eius vita: ac præter loca supra citata ex Hieronymo et) Theodoreto in commentarijs in eundem prophetam, ex Origenē in caput trigesimum primum Numerorum, ex Augustino libro secundo de mirabilibus sacrae scripturæ, ex Gregorio libro primo Moralium, ex Chrysostomo homiliatertia de incomprehensibili Dei natura, ex Iosepho libro decimo Antiquitatum. Sed de diuini vatis vita, et) interitu, et) scriptis hactenus. Meum vero institutum in eo expli- carido est sensum in primis historicum et) literalem exponere, et) apertum orationis ar- gumentum elucidare, ut possit lector veram sententiam, et) prophetae mentem intel- ligere, atque in purissimo fonte imaginem veritatis intueri. Sed aliquando dignata ecclesiae contra hereticos ex eadem litera, alijsque diuinorum literarum locis de propria ostendo: et) conceptus quos ipse sensus literalis parit, dilato, et) diuinis humanisq; scriptis am- plifico, ad multa loca explicatu difficultia enarranda, et) ad animos à virtutis abducendos, atque ad verum decus excitandos. Sequor versionem communem ab ecclesia catholica approbatam, quænitore veritatis, grauitate, authoritate et) magnificantia est omnibus alijs

## PROOEMIVM AD LECTOREM.

alijs illustrer & præstantior, quanquam verborum elegantiam haudquaquam affe-  
Similitu Etet. Ut enim in nummo non spectatur pulchritudo imaginis, sed pondus ac materia:  
do. sic ad veritatem intelligendam non magni refert, quam elegans sit oratio, sed quam  
Altera si grauis & utilis. Quemadmodum draconites admirabis gemma, nec perpolitur, nec  
militu artem admittit, alioquin pulchra ac perlucida: sic diuina scriptura nec puerili verbo-  
rum elegantia ornatur, nec humanæ rhetorica artificium admittit: alioquin sua maiesta-  
te, & proprio nitore concinna & præclara. Ad finem & niuscuiusque capitilis adjicio ex  
Hebræo, Chaldaeo, & Græco nonnullas obseruationes, quibus multi nodi difficiles ex-  
pediuntur, & Hebraismi atque schemata sanctæ scripturæ explanantur. Quo in nego-  
tio opus mihi fuit multis ac varios scriptores non solum Latinos, sed Græcos & He-  
braeos diligenter euoluere, eandem incudem die noctuque tundere, atque in locutionibus  
diuinarum literarum inuestigandis & perpendendis vehementer laborare.

Habes piè Lector explicatam rationem meorum laborum,

quos velim pro humanitate tua  
benigne suscipias.

Vale.



¶ AV-

A V T H O R E S I N H I S C O M -  
mentarijs citati.

A  
Augustinus,  
Ambrosius,  
Athanasius Alexandrinus,  
Anacletus,  
Arnobius,  
Anselmus Cantuariensis,  
Anselmus Laudunensis,  
Antoninus,  
Anastasius Nicenus,  
Alexander papa,  
Apollinaris,  
Albertus Magnus,  
Alanus,  
Alanus Anglus,  
Antonius Sabellicus,  
Alfonsus Abulensis,  
Aretas,  
Antonius Marinarius,  
Augustinus Eugubinus,  
Aquila,  
Ado historicus,  
Aristeas,  
Albinus,  
Antonius zanzanus,  
Aben Vaasia,  
Aurelius Victor,  
Angelomus Monachus,  
Apuleius,  
Athenaeus,  
Aristobolus,  
Aristoteles,  
Aulus Gellius,  
AElianis,  
Auicebron,  
Antonius Panormitanus,  
Agesilaus,  
Acusilaus,  
Antigenes,

Amphilochius,  
Antonius Flaminius,  
Antonius in Melissa,  
Alexander ab Alexandro,  
Apollonius,  
Appianus Alexandrinus,  
Ausonius,  
AEmilius Platonicus,  
Alcuinus,  
Ammonius,  
Ammianus,  
AESchilus,  
Alfragranus,  
Agapetus,  
Anacharsis,  
Aristides Christianus,  
Aristoxenus,  
Aeneas Sylvius,  
Aeneas Vicens,  
Alexander Aphrodiseus,  
Aratus,  
Anaxarchus,  
AElius Spartianus,  
Albricus,  
Auicena,  
Algazeles,  
Albumasar,  
Alcinous Platonicus,  
Architas Tarentinus,  
Accatius,  
Andreas Cesariensis,  
Alphonsus à Castro,  
Aristophanes,

B

Basilius Magnus,  
Beda,  
Bernardus,  
Baptista Mantuanus,  
Berosus Chaldaeus,

Baptista Fulgosus,  
Blondus Flavinius,  
Budæus,  
Bartholomeus Amantius,  
Bion Boristerites,  
Bartholomeus Camerarius,  
Brusonius Contursinus,  
Benedictus ij. papa,  
Bruno Amerbachius,  
Boetius,  
  
C  
Cyrillus Alexandrinus,  
Clemens papa,  
Clemens Alexandrinus,  
Cyprianus,  
Claudianus,  
Ciccus Asculanus,  
Cælius Augustinus,  
Cælius R hodiginus,  
Chrysippus,  
Catina Syrus,  
Chares,  
Clitarchus,  
Chrysostomus Dion,  
Cassiodorus aurelius,  
Cassiodorus historicus,  
Cornelius Iansenius,  
Colsmella,  
Capella,  
Chalcidius,  
Cæsius arelatensis,  
Critias,  
Cuspinianus,  
Chilo Lacedemonius,  
Claudius Guiliandus,  
Cheremon Stoicus,  
Callimachus,  
Concilia multa,  
Conradus abbas,

**D**

Dionysius Areopagita,  
 Dionysius Cartusianus,  
 Dionysius Halicarnassensis,  
 Diodorus Tharsensis,  
 Diocles,  
 Demetrius Bizantius,  
 Demetrius Phalereus,  
 Dion Cassius,  
 Duris Samius,  
 Dionysius Alexandrinus,  
 Dioscorides,  
 Diogenes Laertius,  
 Eustathius Antiochenus,  
 Eutropius,  
 Euripides,  
 Estius,  
 Ephren Syrus,  
 Eleazarus,  
 Ephorus.  
 Eucherius,  
 Erasmus Roterodamus,  
 Empedocles,  
 Enomaeus,  
 Euthymius,  
 Epimenides,  
 Eudoxus,

**F**

Fauorinus,

Felix Pratensis,  
 Fulgosus,  
 Florus,  
 Festus,  
 Finus Adrianus,  
 Fabius Pictor,  
 Flavius Syracusanus,  
 Fenestella,  
 Franciscus Petrarcha,  
 Florianus à Campo,  
 Fulgentius,  
 Franciscus Rueus,

**G**

Gregorius papa.  
 Gregorius Nazianzenus,  
 Gregorius Nyssenus,  
 Gregorius ij. papa,  
 Gregorius iij. papa,  
 Gregorius Turonensis,  
 Gratianus,  
 Gaspar Contarenus,  
 Gennadius,  
 Galenus,  
 Guilelmus Spirensis,  
 Gregorius vij. papa.  
 Georgius Vuicelius.

Garelius,  
 Galfridus,  
 Gelasius papa,  
 Georgius Ederus,  
 Georgius Venetus,  
 Gerson,  
 Gœschelius Vitod.  
 Gillius Albinensis,  
 Gemma Phrisius,  
 Glossa ordinaria,  
 Guido Carmelita,  
 Genesius Sepulueda.

**H**

Hieronymus,  
 Hilarius,  
 Hadrianus. I. papa.

Hugo Cardinalis,  
 Hugo de S. Victore,  
 Hosius,  
 Hecatæus,  
 Hieronymus ab Oleastro,  
 Homerus,  
 Hipocras,  
 Histru,  
 Hubertus Herbipolita,  
 Hellanicus,  
 Herodianus,  
 Hysingelus,  
 Haymo,  
 Horatius,  
 Honorius historicus,  
 Horus,  
 Heraclitus,  
 Heliodorus,  
 Hippolitus,  
 Herodotus,  
 Hestiaus,  
 Hamerus Nouesianus,  
 Hesiodus,  
 Hali,  
 Historia tripartita,

**I**

Ireneus, Ignatius,  
 Ioannes Chrysostomus,  
 Iustinus martyr,  
 Iustinus historicus.  
 Ioannes Eccius,  
 Ioannes Monachus,  
 Ioannes Benedictus,  
 Ioannes Annus,  
 Ioannes Theſalonicensis,  
 Ioannes Nouiomagus,  
 Ioannes Arboreus,  
 Ioannes Soarius,  
 Ioannes Reuchlinus,  
 Ioannes Damascenus,  
 Ioannes Picus Mirand.  
 Justinianus Imperator,

Jacobus

## COMMENT. IN LAMENT. IEREM.

poteſt ex Hebræo verti: Lex dominiperfecta tranquillas reddit animas. Vel ita: Philosophia diuina omnibus numeris absoluta animos quietos efficit.

**¶** Contenebrati ſunt oculi nostri. Hoc eſt, fuerunt ob nimias vigilias & calamitates & lachrymarum multitudinem tenebris circumfusi.

**¶** Vulpes ambulauerunt in eo. Tanquam in Mich. 3 solitudine. Vnde Michæas tertio: Sion quasi ager arbitur, & Ierusalem quasi aceruuſ lapidum erit. Poteris per vulpes homines intelligere versutos & malitiosos. In hanc ſignificationem aiunt

**Luc. 9.** sumi Lucæ nono: Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet, vbi caput ſuum reclinet. **Cyrill. net.** Cyrillus vulpes loco illo & volucres vocat malitiosas & astutas dæmonum potestates. Quasi Christus dicat: Cum vulpes & volatilia in te habitent, quo modo ego in te requiescam? Nulla eſt enim inter lucem & tenebras ſocietas.

**¶** Tu autem domine in æternum permanebis. Sensus eſt: Periit ac euera eſt Hierosolyma, quia mutabilis erat, & corruptioni ſubiecta: tu autem domine nunquam peribis: quin potius idem in omni æternitate permanebis. Idem cecinit diuinus atque regius vates psalmo,

**Pſal. 101.** Tu autem domine in æternum permanes, & memoriale tuum in generatione & generationem. Et iterum: Ipsi peribunt, tu autem permanes. Et paulò pōst: Tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient. Docet hic locus omnia eſſe mutabilia præter Deum: qui **Exod. 3.** Exodi capite tertio: Ego, inquit, ſum, **Malac. 3.** qui ſum. Et apud Malachiam tertio: Ego dominus, & non mutor. Quare

cum ſumus amore ſummo amplexuri, qui nunquam mutatur: non mundi lu-dibia, non terra opes & vanitates, non ſeculi gloriam vanam & in caſu ſitam, non ea denique, ad quæ impij audita-te nefaria aspirant, quæ mutantur, & consumuntur. Ad id nos excitat diuus Ioannes, cùm ait capite ſecundo epifo-læ ſuæ primæ: Nolite diligere mundum, nec ea, quæ in mundo ſunt. Et reddens paulò pōst huius rei rationem: Mundus, inquit, transit, & concupiſcentia eius. Præterit mundus, prætereunt regna eius: Dei verò regnum ſempiternum eſt. Id voluit hīc Ieremias significare, cùm di-xit: Solium tuum in generatione & ge-nerationem. Solium enim Dei thronus eius eſt, & ſedes diuini numinis re-gia, quæ vigebit memoria omnium ſe-culorum, quam ipsa æternitas ſempre intuebitur. Id animo percipiens David pſalmo quadragesimo quarto. Sedes tua **Pſal. 44.** Deus, inquit, in ſeculum ſeculi. Qui-bus verbis pronuntiat regnum Christi ſempiternum fore. Id quod poſtea di-xit angelus: Et regni eius non erit finis. **Luc. 1.** Intelligi autem verum illum pſalmo-graphi de Christo, indicat diuus Paulus capite primo epistolæ ad Hebræos. Vbi **Hebr. 1.** aſpicis Christi diuinitatem, cum enim David apertè Deum vocat, cùm ait: Sedes tua ô Deus in ſeculum ſeculi. **¶** Quare in perpetuum obliuisceris nostri? Ex his verbis conſtare videtur, non ſo-lūm ad præſentem illam vastitatē per Babylonios quæ finem habuit, respexiſſe Ieremiam, ſed ad futuram etiam per Romanos nullum finem habituram. **¶** Conuerte nos domine ad te. Ni mirum gratia præueniente, & diuina inspira-tione, & medijs, quibus ad te homines trahis,

trahis, & ad gratiam gratum facientem perducis. Sequitur: Et cōuertemur. Non enim poterimus ad ipsum conuerti, nisi ipse nos conuerterit. Qui est mortiferis labibus pollutus, auersus à Deo est: ad quem sine diuino auxilio conuerti nequaquam potest. Est enim perspicuum, neminem posse de cōdigno mereri gratiam, & à peccato mortifero ad illam resurgere, nisi per Deum. Id vult hoc loco Ieremias significare. Et capite trigesimo primo, ubi ait: Conuerte me domine, & conuertar, quia tu dominus Deus meus. Et David psalmo septuagesimo septimo. Spiritus vadens, & non rediens. Hoc est, gratia per flagitium mortiferum amittitur, sed humanis vi-ribus non reuertitur. Ut qui culpa sua in profundum ac irremeabilem lacum ruit, non potest per se ascendere, & extrahī, sed opus est alicuius auxilio: sic qui se in pestilens præcipitat scelus, nequit inde nisi diuina ope adiutus ad Dei gratiam reuocari. Ideo David psalmo 84. Conuerte nos, inquit, Deus salutaris noster, & auerte iram tuam à nobis. Et psalmo septuagesimo. Deus conuerte nos, & ostende faciem tuam, & salui erimus. Et ipse Deus apud Oseam tertiodecimo: Perditio tua Israel, tantummodo in me auxilium tuum. Unde sponsa Canticorum primo: Trahe, inquit, me post te, curremus in odomini vnguentorum tuorum. Et apostolus capite quintodecimo prioris ad Corinthios: Gratia Dei sum id, quod sum. Et Christus seruator noster apud Ioan-

Ioan. 6. nem sexto: Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum.

Et. 15. Sine me nihil potestis facere. Id inuebat Salomon, qui capite Proverb. 2.

loquens de via iniquitatis ait: Omnes qui ingrediuntur ad eam, non reuertentur. Quod intelligitur, nisi per Dei gratiam conuertantur. Ob eam causam ouis quæ errauerat, ut Christus ait apud Lucam <sup>Luc. 19.</sup> quintodecimo, fuit ad gregem humeris pij cœlestisque pastoris reducta. Ipse est lux mundi, sine cuius lumine non <sup>Ioan. 3.</sup> possumus gratiam gratum facientem adipisci. Ut sol quod in se est, lunam <sup>Similitudo.</sup> splendore suo illustrat, nisi ipsa se in umbram terræ immiserit, propter terræ interpositionem inter seipsum & solem: sic Christus dominus nos illuminat gratia sua: si autem nos non illuminamur, non est eius culpe attribuendū, qui lux est & sol iustitiae, sed nobis, qui umbram querimus, & eo contemptu rerum terrenarum amore flagramus. Et quia ad impij iustificationem exigitur liberum arbitriū ait Deus apud Zachariam primo: Con- <sup>Zach. 1.</sup> uertimini ad me, & ego cōuertar ad vos. Disponimur enim ad gratiam eidem libere assentiendo, & cooperando, & inspirationem Dei recipiendo, quippe qui illum possumus abijcere. Itaque cum dicitur in sacris literis: Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos: libertatis nostre admonemur. Cum autem dicitur: Conuerte nos domine ad te, & conuertemur: Dei nos gratia præueniri confitemur. Si autem in gratia & virtutibus perseveramus, decimum numerum quo significatur perfectio, adipiscimur. Numerus enim ab unitate incipit, & in decimo absolutur. Id videtur diuina scriptura innuere, <sup>Exod. 22.</sup> cum ait, & primitias & decimas Dei esse: ab ipso enim est, cum ad bonum primò <sup>Nuim. 5.</sup> surgimus, & cum usque ad finem perseueramus. Tu autem aduerte: Non ait Ieremias: Conuerte me solū ad te: sed con-

# COMMENT. IN LAMENT. I EREM.

- Gene. 4.** uerte nos dñe ad te. Cain dicebat Gene. 4. Nunquid custos fratri mei ego sum? At diuin' nost raves omnium salutē cupiebat. Qui aliorum bonum contemnit, non solum est similis Caino, sed hac in re diuite in inferis sepulto pestilentior.
- Lue. 16.** Ille enim dixit Abrahē: Rogote, ut mittas Lazarum in domum patris mei, habeo enim quinque fratres, ut testetur illis. etcæt. Andreas non contentus pro-
- Ioan. 1.** pria salute duxit Petrum ad Iesum, & Philippus Nathaniēlem. Ut sic cortina
- Apoc. 12.** trahat cortinam: &, ut Ioannes ait Apocalypsis vigesimo secundo: qui audiit: Dicat: Veni. Unde discipuli bini mit-
- Luc. 10.** tuntur apud Lucam decimo: Et in le-
- Leui. 12.** ge pro primogenito par tur turum offe-rebant, aut duos pullos columbarum.
- Luc. 2.** Vbi numero pari charitas designatur. Ea prædictus Ieremias dicebat: Couerte nos domine ad te, & conuertemur. Ad cum debemus conuerti, & confugere, in quo est salus nostra constituta, qui nos in vulnus lateris sui intromittet, qui in cala-
- Gene. 6.** mitatum cluione est arca Noe, in cuius latere deorsum fuit ostium. Ac non sine mysterio ait fuisse deorsum, quia cum in Christo sint duæ naturæ, diuina & humana, in humana vulneratus est.
- Apoc. 4.** De hoc ostio ait capite quarto Apocalypsis diuus Ioannes: Ecce ostium aper-tum in cœlo.
- Canticum.** Innova dies nostros sicut à principio. Id est, instaura dies nostros, & da nobis tem-pora prospera & felicia, ut olim. Prose-quere nos fauore tuo, quemadmodum faciebas, cum maiores nostros quondam li-
- Exod. 14.** berasti àdura Ægyptiorum seruitute té-pore Mosis, & in terra promissa colloca-sti tempore Iosue. Desiderabat Ieremias antiquorum temporum prosperitatem,

quemadmodum Job, cum dicebat ca-<sup>1cb. 9</sup> pite vigesimo nono: Quis mihi tribuat, ut sim iuxta menses pristinos, secun-dum dies quibus Deus custodiebat me: quando splendebat lucerna eius super ca-put meum. Hoc est, quando me fauore suo prosequebatur.

**¶ Sed projiciens repulisti nos.** Id est, iuste nos relinquens, in exilium & Babyloni-cam seruitutem eicisti: quia te flagitijs nostris ad iram & supplicium mirum in modum prouocauimus. Perpende. Non ait: Repulisti me: sed repulisti nos. Non propriam tantum, sed communem de-plorat calamitatem: proximos enim si-cum seipsum ordinato amore diligebat, iuxta illud Canticorum secundo. Ordi-nauit in me charitatem. **Quod etiam** potest verti: Vexillauit, ut ita dicam, me charitate. Acs̄ dicat: Charitate sua me Deus ad se traxit tanquam vexillo, quo in bello milites ad Ducem du-cuntur.

## Observationes ex He-bræo in caput quin-tum.



Quam nostram pecunia bibim⁹.

Qui-dá ver-tunt: Aquas nostras. Sed pa-rum refert, idem enim manet sensus: & vtraque translatio vera est. In Hebraico enim est אַבָּא, quod nomen semper in plura-

plurali reperitur: sed aliquando in singuli-  
lari vertitur, aliquando in plurali. Lingua  
autem Hebrei <sup>9</sup> nunquam eo vtitur, nisi in  
plurali ob duplicē aquam, superiorē scili-  
cet & inferiorem, quas diuidit firmamē-  
Genes. 1. tum, ut primo Genesis capite saera scrip-  
tura cōmemorat. Vnde cōclum dicitur  
מְעָמֵד xamaijm, quod ibi aquæ sint, iux-  
R. Iosi. ta Rabbi Iosi sententiā, quam multi alij  
Num. 24 sequuntur. Capite Numer. 24. vbi biseo-  
dē versu est hoc nomen, priore loco ver-  
Hieron. tit Hieronymus aquā, posteriore aquas.  
Ita enim ait Balaam: Fluet aqua de situla  
eius, & semen illius in aquas multas. Hoc  
est, erit populus Israelicus fœcundus, &  
semen eius magnum accipiet incremē-  
tum, instar arborum iuxta ductus aqua-  
rum & fluminum deriuatiōes. Erit felix,  
rebusq; omnib; ad vitā necessarijs abun-  
dabit. Situla est instrumētum hauriendi  
aquam ex puteo, eāq; effundēdi. At sep-  
tuaginta interpretes totam hāc orationē  
ad Christum referunt: ita enim habent:  
εξελευσται αὐτοὶ εἰς τὸν πατέρα μας αὐτοῦ,  
καὶ κωρεύσει ἐνών τολλῶν. Hoc est, exhibet  
homo ex semine ei<sup>9</sup>, & dominabitur gé-  
tibus multis. Acsidicat: Christus secundū  
carnē genus suum ducet ex Israele, eritq;  
Psal. 2. gentium dñs. Vnde ei dicit psal. 2. cōle-  
stis pater: Pete à me, & dabo tibi gentes  
in hæreditatē tuam, & possessionē tuam  
Onchel. terminos terræ. Onchelus etiā Chaldai-  
cus paraphrastes hoc de Christo his ver-  
bis interpretatur. Crescit rex, qui vnge-  
tur de filiis suis, & dominabitur populo-  
rum multorum. Vbi priore loco nominē  
aquæ significatur Christ<sup>9</sup>, posteriore au-  
tem nomine aquarum gentium multi-  
tudo. Eodem vocabulo vtitur Salomon  
Cant. 8. Canticorum. 8. Aquæ multæ non pote-  
runt extinguere charitatem. Idest, ingē-

tes calamitates non valebunt vim diuini  
amoris restinguere & delere. Et Amos. 9. Amos. 9.  
Qui vocat aquas maris, & effundit eas  
super faciem terræ. Acsidicat: Deus vo-  
cat sursum ad aërem aquas maris versas  
in vapores, solis calore, qui in eam aëris  
regionem ascendunt, vbi concrescunt in  
nubes, quæ in imbræ mutatæ super ter-  
ram effunduntur. Et Esai. 48. Et de aquis Esai. 48.  
Iuda existis. Hoc est, vos ô Iudæi, qui ex  
Iuda tanquam ex fonte dimanastis. De  
varijs aquæ significationibus vide Arno-  
bium in psal. 21. & 32. & 73. Cyrillum de  
incarnatione vnigeniti. 26. Cyprianum Cypria.  
epistola. 13. Gregorium Nyssenum de vi-  
ta Mosis. Nyssen<sup>9</sup>

¶ Ceruicibus nostris minabamur. Pro mina-  
bamur est in Hebreo verbū מִנְחָה radhaph,  
pro quo capite. 3. Threnorum Hierony-  
mus vertit percutere: Operuisti in furo-  
re, & percussisti nos. Quare poterat verti  
locus hic: Ceruicibus nostris percutieba-  
mur. Vel, ceruicibus nostris passi sumus  
persecutionem. Significat enim verbū  
hoc persequi, ut psalmo. 142. Quia per Psal. 142  
secutus est inimicus animam meam. Et  
capite Ezech. 35. vbi Deus ait Idumæo-  
rum populo: Sanguini tradam te, & san-  
guiste persequetur. Hoc est, tradam te  
occisori, qui te persequatur. Vel tradam  
te populo Israelicō, qui te affligat. Erat  
enim Idumæi & Hebraei ex eodem san-  
guine, quoniam genus ducebāt ab Isaac,  
Idumæi per Esau, Hebraei per Iacob.  
Hac ratione ductus Pagninus in The- Pagnin.  
sauro vertit hunc locum: Super ceruices  
nostras persecutionem passi sumus. Et  
eodē modo Septuaginta: Super collum  
nostrum persecutionem tolerauimus.

¶ Adolescentibus impudicè abusi sunt. Pro  
adolescentibus est in Hebraico: בְּתַרְבִּים,  
quo d

## COMMENT. IN LAMENT. IEREM.

quod nomen & adolescētes significat, & electos. Priorem significationē secutus est Latinus noster interpres, alteram Septuaginta, qui habēt: Electi fletum assūpserūt. Hoc est viri nobiles & magnates vim la-

Pagnin. chrymarū profuderunt. Pagninus habet:

Brixia. Iuuenes ad molendū tulerunt. Brixianus:

Adolescētes ad molendū rapuerunt. Sed quia interpres noster per molere & contūdere actū obscenū intellexit, posuit:

Adolescētibus abusi sunt. Nam capite. 31.

Iob, vbi no shabemus: Scortum alterius sit vxor mea: est in Hebræo: Molat alte-  
ri vxor mea.

**¶** Propterea mæstum factū est in dolore cor nostrū. Particula, in dolore, nec est in Hebraico, neq; in Græco: sed est in vulgata nostra editione ad maiore literæ explicationem. Pro corde est in Hebræo בַּל, quę vox & cor significat & mediū, quòd cor

Ion. 2. sit in medio corporis situm : vt Ionæ. 2.

Proiecisti me in profundū in corde ma-

Cant. 4. ris. Accipitur pro voluntate, vt Cant. 4.

Vulnerasti cor meum soror mea sponsa.

Quod pót etiā verti: Rapuisti cor meū : siue abstulisti, siue, vt alij transferūt: Trāfixisti cor meum. Alloquitur Deus more humano animā sibi deuotam, quam ad-

Cant. 8. mirabili amore prosequitur. Et Cant. 8.

Pone me vt signaculum super cor tuum.

Vbi pro signaculo est in Hebræo סְנִיר chotam, quod nomen significat sigillū & annulum: solebat enim veteres in an-

nuli géma sigillum ferre: & quoniā an-

nulo sigillū imprimebant, idē vocabulū

vtrūque significat. Eo titutur Ieremias ca-

pite. 22. cùm ait: Si fuerit Iechonias filius

Ioacim annulus in manu dextera mea.

Et Salomon hoc loco, vbi pro signaculo

poteris recte vertere sigillum, aut annu-

lum sigilli. Est enim sensus: Quéadmo-

dum in digito est annulus, ita sim ego in corde tuo. Ut digitus sigillum imprimit annulo, ita cor tuū tecum: nihil animo cogites, quod non sit sigillo diuini cōfiliū sigillatū. Nec solū in me debes in corde, hoc est in cogitationibus portare, sed etiā in brachio, hoc est in operibus: nomine enim cordis cogitationes sensusq; recōditi, nomine verò brachij opera & acta significatur. Eam ob causam vbi dixit: Pone me vt signaculum super cor tuum: adiecit: vt signaculum super brachiū tuum. Ac si dicat Christus: Da operam, vt me ponas ante oculos tuos, meque semper in meditationibus & actionibus respicias. Aspicis cor sumi pro cogitatione. Sumitur etiam pro intelligentia, vt cap. 1. ad Rom. Romanos: Obscuratum est insipiens cor eorum. Quod cap. 4. ad Ephesios dixit: Ephes. 4 Tenebris obscuratum habentes intelle-ctum. Furari cor alicuius est eo inscio ali- quid agere, vt Genesis. 31. Furatus est Ia- cob cor Laban Aramæi, eo quòd non in-dicauit ei, quòd fugeret. Pro quo vulgata editio habet. Noluit Jacob confiteri soce-ro suo, quòd fugeret. Et paraphrasis Chal daica: Celauit Jacob à Laban Syro, & nō indicauit ei, quòd ipse proficeretur. Præterea sumitur cor pro anima, vt capite Ieremiæ. 4. Laua à malitia cor tuū Ie-rusalem, vt salua fias. Ac eodē modo su-mitur hoc Ieremiæ loco: Propterea mœ-stum factum est in dolore cor nostrum.

**¶** Conuerte nos domine ad te, *et* conuertemur. Cùm ad Deū conuertimur, ipse nos con-uertit: bona enim quæ agimus, munera sunt, quę Deus nobis impertit. Id videtur significare diuī Paul⁹ cap. 4. epist. ad Ephe. 4. vbi citans versum illū psal. 67. Ascendi in altum, cepisti captiuitatē, accepisti do-na in hominibus: ait: Ascendēs Christus

in

in altum, captiuā duxit captiuitatē, dedit dona hominibus. David ait Christū accepisse dona ab hominibus, Paulus verò ea illis dedisse: & vtrunque verum est: nam dona quæ Deo offerimus, ipsius Deido-  
**Iac. 1.** na sunt, iuxta illud Iacobi apostoli: Omne datum optimū, & omne donū perfe-  
 tum defursum est descendēs à patre lu-  
 minū. Et ita nulla est inter psalmographū  
**Zach. 1.** & apostolū discrepātia. Nec inter Ieremiā  
 hoc loco, & Zach. 1. vt in explanatione o-  
 stēdimus. In quibus duobus locis pro cō-  
 uertere est in Hebræo verbū בָּשָׁר, quod  
**Psal. 22.** cōuertere significat, vt psal. 22. Animam  
 meā conuertit. Significat etiā reuertere,  
**Cant. 6.** vt Cant. 6. Reuertere reuertere Sunami-  
 tis. Pro quo codices emēdati habēt Sul-  
 mithis: quæ vox pacificā significat, tran-  
**Gene. 8.** quillā & perfectā. Et Gene. 8. Dimisit cor-  
 uī, qui egrediebatur, & nō reuertebatur.  
 Vbi pro reuertebatur est hoc idem verbū.  
 Sed quia in hūc incidimus locum, operē-  
 pretiū duximus, discrimē repugnantiāq;  
 loci huius inter vulgatā editionem, & li-  
 teram Hebræā, quæ modò extat, aperire.  
 Iuxta cōmuniis editionis veritatē coruus  
 missus ex arca à Noe egressus fuit, sed nō  
 reuersus: at exēplaria Hebræa quæ modò  
 apparent, sensum contrariū produnt. Ita  
 enim habent: בָּשָׁר אֲזַבְּנָה אֶלְעָזָר: Id est &  
 egressus ibat, & reuertebatur. Disparata  
 sūt: reuertebatur: & nō reuertebatur. Au-  
**Eugubi.** gustinus Eugubinus episcopus Chisamé-  
 sis in annotationibus suis ait deprauatam  
 esse hoc loco editionē vulgatā, delendāq;  
 esse ex illa particulam, non, codices verò  
 Hebræos veritatē continere. Idē quoque  
**Pag. 9.** ait Xantes Pagninus in epistola suæ nouę  
 emissioni prælata. Non possum negare,  
 ægrè me tulisse, tam catholicos & erudi-  
 tos viros fuissē hoc loco in vulgatā editio-

nem vetustate veritate & magnificentia  
 præstantē tam asperè & īmeritō inuectos.  
 Nam septuagīta interpretes natione He-  
 bræi, linguae Græcæ periti cum negatiōe  
 legerunt. Ita enim habēt: καὶ εὐελθὼν σὺν  
 αἰρεσίᾳ. Hoc est, & exiēs non est reuer-  
 sus. Eodē modo Flavius Iosephus Iudeus Ioseph,  
 cap. 5. lib. 1. antiquitatū, cuius ad literā hēc  
 sunt verba: Post paucos dies aqua amplius  
 recedente misit coruū, volēs cognoscere,  
 si quid etiam terræ fuisset relictū ab aqua,  
 & ad egrediendum iam tutū esse videre-  
 tur: qui cuncta reperiens inundatia nō re-  
 uersus est ad Noe. Hactenus ille. Illud ve-  
 lim existimes, tempore diui Hieronymi  
 codices Hebræos hoc loco negationē  
 habuissē: imò tēpore septuaginta inter-  
 pretū: & ita Mosem scripsisse. Sed postea  
 Hebræi aut negligētia, aut malitia, vt  
 versionē nostram calumniarētur, nega-  
 tionē ex contextu abstulerunt. Hierony-  
 mus enim ex Hebræo vertit: Dimisit co-  
 rūm, qui egrediebatur, & nō reuerteba-  
 tur. Et aduersus Luciferianos: Emittitur,  
 inquit, coruus de arca, & non redijt: &  
 postea pacē terræ columba nuntiat. Et in  
 epistola ad Oceanum: Statimq; colum-  
 ba spiritus sancti expulso tētrrimo alite  
 deuolat ad eum. Vbi per tētrimum ali-  
 tem coruum significauit. Nonne vides  
 Hieronymum locū hunc legisse & ver-  
 tisse cum negatione? Augustinus simili-  
 ter tom. 6. lib. 12. cōtra Faustū Manicheū  
 cap. 20. cum negatione legit: ita enim ait:  
 Quod post dies quadraginta emissus co-  
 ruus nō est reuersus, aut aquis utiq; inter-  
 ceptus, aut aliquo super natante cadauere  
 illectus, significat homines in īmunditia  
 cupiditatis tētrimos, & ob hoc ad ea  
 quæ foris sunt, in hoc mundo nimis intē-  
 tos. Et tom. 9. in tractatu. 6. expositionis  
AUGUSTINUS  
in

## COMMENT. IN LAMENT. IEREM.

in Ioannem ita ait: Meritò de arca missus est coruus, & nō est reuersus, missa est columba, & reuersa est. Vbi quid his duabus auibus significetur, mirabiliter explanat.

**Ambro.** Eodem modo legit Ambrosius libro de Noe & arca capite. 17. vbi causam reddit, cur coruus emissus non redierit. Præterea

**Chrys.** Chrysostomus homilia. 26. in caput Genesis. 8. apertè cum negatione legit, & interpretatur, asseueranter affirmans nunquam coruū reuersum fuisse. Demū idē asserit glossa Græca per coruum populū intelligens Iudaicū, qui extra arcā, hoc est, extra ecclesiā mansit, per columbam verò populum gentilē, qui ad ecclesiā cōfugit. Cùm igitur tot patres tāta vetustate, sanctitate, & sapiētia prædicti ita legerint, & explanauerit, vt nostra habet vulgata editio, credendū est, eam esse verissimam, Hebræam verò hoc loco deprauata.

**Elias.** tā. Nec mirum, cùm videamus, vt Elias etiam fatetur doctus inter Iudæos, Hebræos codices huius téporis longè à priscis illis veteris synagogæ variari. Id quod

**Bruno.** perspicuè cōfitetur Bruno Amerbachius trium linguarum eruditione celebris, in præfatione in psalterium diui Hieronymi, vbi asseuerat vetera psalterij exéplaria Hebræa manu scripta à psalterio Venetijs impresso multis in locis discrepare. Sed quid citò recētores scriptores, cùm

**Iustinus** antiquus Iustinus martyr in libro quem edidit aduersus Iudæos, qui inscribitur Colloquiū cum Triphone Iudæo, aper- tè ostēdat iam tunc Iudæos aliquibus in

locis diuinam scripturā deprauasse: quē- admodum versum illū psal. 95. Dicite in <sup>Psal. 95</sup> gentibus, quia domin⁹ regnauit à ligno, vbi voces illas, à ligno, deleuerūt. Et postea, vt Lindanus Dordracenus in libris de <sup>Lindan.</sup> optimo scripturas interpretandi genere ostendit, multa cōmutarunt. Quare iam nunc solida ac pura scripturarum veritas potius est à vulgata editione, quām à codicibus Hebraicis petenda. Est enim cō munis hęc nostra editio ab ecclesia catholica meritò approbata, quoniā est vetustissima, verissima, grauissima, & integerri- ma: de cuius laudibus nulla vñquam posteritas conticescet, quam ipsa perpetua- tas semper intuebitur. Hęc est diuina ac vera scriptura, quæ vt Salomon ait capi- te Prover. 6. lucerna est, lux, vitæ via, cor- <sup>Prover. 6</sup> rectio & castigatio. De qua ait apostolus cap. 3. posterioris ad Timotheū: Omnis <sup>2. Tim.</sup> scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendū, & arguendum. Quare meritò Christus Deus noster apud Ioan. 5. Scru- <sup>Ioan. 5</sup> tamini, inquit, scripturas. Nos has Iere- miæ lamētationes scrutati sumus, & sim- pliciter pro ingenij tenuitate explanauimus, earū abstrusas sententias & profun- da mysteria illis relinquentes, qui mentē à sensibus abducentes, & cogitationem à rebus visibilibus separantes sapientiā am- plexantur, & ad diuinarum rerum conté- plationem rapiuntur. Illi se totos ad diui- nas literas explanandas conferant prop- ter Deum, cui sit gloria & honor in secu- la seculorum, amen.

*Terminantur Jeremiæ lamentationes per Doctorem  
Hectorum Pintum illustratæ.*

★ L A V S D E O. ★

A M E N.



